



Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnia hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de
Coloniae Agrippinae, 1655**

IV. Idem à vero sensu propter rhythmum discedit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

cātūstā turpiter profanarūt, ex ecclesijs in priuato-
rūg. ædes, ex exhibus in fabrorum officiis, pistri-
pūm arque ergastilum traductos. Neque enim pat-
est, vt mago illius Prophetæ ac regis, quem SS.
Trinitatis præconem ex antiquis Patribus quidam
appellant, enthuſiasmi, v̄ita dicam, & cœlestes
contemplationes, in profanis paſſim locis adeoq;
ipſis lauatrīnis proſtituantur. Quis enim non in-
dignetur, à veteramentatio calceos suente diuinū
illud Miserere, &c. aut à fabro ferrum versante il-
lud. De profundis, &c. sine villa animi attentione aut
deuotione mugiri magis quam cantari audiens?
Quid quod nō nulli iſdem turpissime ad amores,
vel iocos a cludibria abusi sunt, & adhuc abutūtur?
vt vidua illa, quæ Principi alicui placere cupiens,
& quasi complexus suos offerens, Psalmum cxxxii.
Domine non est exaltatum cor meum, &c. cantillabat.
Audi hac de re nō quidem Theologi, doctissimi
tamen hominis iudicium. Nō sine ratione est, inquit,
quod Catholica Ecclesia promiscuum temerarium & in-
discretum ſanctorum illorum & diuinorum Canticorum
ab ipso S. Spiritu Daniſi dictatorum uſum prohibuit.
Neque enim Deus miscendus eſt nostris actionibus, niſi cū
plena honoris & respectus attentione ac reverentia. Vox
hac nimis diuina eſt quam ut aures noſtras ſolum demul-
cat. Ex corde, non ex lingua producenda eſt: nec per-
mittere oportet ut puer in officina hoc velut iludo in me-
dio frisularum & vaniſſimarum cogitationum ſe oble-
cer. Quanto minus, o Montane, Psittaci cantus tales
docendi ſunt, qui in Gallia Psalmum aliquem Maroti-
cum (a) meditantes ſapere auditi ſunt. Lepida cum pri-
mis eſt historia quæ de Carnueum Vicedomino,
Calvinianæ factionis homine, circumfertur. Is
quum Neraci, quo cum Navarra Rege venerat,
forte cum Ministro quodam de Psalmorum cantu
diſceptaret, ſub que cum velut primitiuæ Ecclesiæ
incognitum, non magnopere placere oſtenderet,
quum alteratiuæ Clericorum responses demonſtrent, populum ſilentium potius quam lin-
guam & vocem cantui accommodasse, Minister e-
contra hanc Dei laudandi ac precandi formam, &
receptam in ſua Ecclesia conſuetudinem laudaret
ille, Profeſſo, inquit, ſi vera ſunt que dicit, Domine
Minister, lepide facturus ſim, ſi ego Veftra Maiestati ſup-
plicaturus ut aliquot ſcutatorum millibus inopiam me-
am ſubleuet, ad genua veftra accidam, & preces meas
cantillans offeram; ſimuli Psalmum accommodatis ad
rem praefentem verbiſ. auſpicatus, omnibus circumſtan-
tiibus ſridendi materiam præbuit, excepto Ministro, qui i-
tatis indeſe proripuit. Non pauci certe Calvinum

hoc nomine nec iniuria reprehendunt, quod in
nouella ſua Ecclesia cantus eiusmodi cantari, &
tamquam Dei Verbum adorati permiferit. Iſta e-
nim Psalmorum versio non minus apud Calvinis
habet auctoritatis quam apud nos vulgaris i-
ſta Biblioſum: quum tamen ipſi Septuaginta In-
terpretes in ſua Versione à Spiritu S. ducti, ſapere
magis uatum quam interpretatum mūnere functi
videantur; vt & ipſe Dauid per præſentia ſapere fu-
tura demonstrat.

DE ERRORIBVS ET FALSITA- TIBVS à Maroto in Gallica Psalmorum versione commiſſis.

C A P Y T XV.

Leſtori S.

Si quidem ea qua toto hoc capite, ab Auctore
desputantur, mere ad Gallicam, & quidem
rhythmicam illam Maroti & Beza ver-
ſionem ſpectent, atq; extra eam linguam nullum uſum
habeant, totum hoc caput omittere, vt tamen Auctori
ſuus in hoc libro conſtet caput numerus, titulu ni-
hilominus hoc loco ponere viſum eſt. Interim eius lin-
guæ periti (hiſ enim ſolis caput hoc ſcriptū eſt) ſi quid
in viriusque, Maroti, inquam, & Beza verſionē Au-
tor deſideret ſcire cupiat, ex ipſo fonte facile petent:
Ad parem diligentiā conferendi vulgatos psalmos
cum ſacro textu inuitaneur in ſuis linguis alia na-
tiones, vt habeant parata verba ad exprobationes Aca-
tholiconrum.

DE CLEMENTE MAROTO, QVI primus Psalmos Gallicis rhythmis il- ligauit, deque eius vita & morte.

C A P Y T XVI.

A R G U M E N T U M.

- I. Primi Lutherano-Calvinista in Gallia Psalmos non
decantariunt. II. Cle-
a à Maroto paraphraſe rhythmo psalmorum
ſeqq. capp. explicando.